
PODHORECKIE X. ZBIOR
GO.
LR

ADEO DATUS
Orthodoxo Septemtrioni,
HIERARCHA;
Maiestati
SUCCOLLATOR.
Regni Comitijs
ORACULUM.
Celsissimus & Reverendissimus Dominus
D. THEODORUS
à POTOK
POTOCKI,
DEI & Apostolicæ Sedis Gratiâ
ARCHIEPISCOPUS Gnesnensis;
Legatus Natus
PRIMAS
primusq; **PRINCEPS**
ABBAS Tynecensis:
à Devinctissimo, PROTECTORI Polonæ Lithvanæq; Provinciæ Varsaviensi Scholarum Piarum Collegio.
SEIPSO
In Votivum Ligamen
Festo Sui Indigetis Die
DONATUS.
1724.

VARSAVIÆ Typis S. R. M. Scholarum Piarum.

In Semitrinam Crucem
CELSISSIMI PRIMATIS
Auguſtæq; Domûs
P O T O C C I A N Æ.



Forſitan ad numerum revocare Polonia cæpit,
Quæ Domus iſta Sago, geſſerit atq; Toga.
Iamq; duas *Ceris* Decades *impreſſit avitis,*
Unde quidem geminam conſpicis eſſe Crucem.
Utq; novam cæpit: quis finis habebitur? inquit:
Et ſtetit in media nonniſi parte Crucis.
Millenas etiam Decades ſi ſcripſero, fruſtra eſt!
Plura mihi PRIMAS *Ipſe trophæa tulit.*

Ad

CELSISSIMUM PRIMATEM

Primumq;

PRINCIPEM

Protectorem Gratioſiſſimum.

QVoniam *Celſiſſime Princeps* ipſo ſacro Auguſti *Tui* Nominis ſonante ethymo, audis & revera es à DEO Datus; non ad publica tantum sed etiam privatorum ſolatia benignè intellge *Te* à DEO Datum. Habet jam in Celſitudine Veſtra ſuum Sereniſſſima Majeſtas Regni totq; Provinciarum Com-Bajulum, Eccleſia Sanctiſſimum Aſſertorẽ & orthodoxi Septemtrionis arbitrum, Reſp: Patrem Patriæ, Senatus NumenConſilij, Fortunæ Civium Tutelarẽ, Orbis Sarmàticus Vice Regem; verum tamen in *Te* humani Generis felicitati tradito, nondum ſibi mundoq; ſatisfeciſſe Divina videretur liberalitas, ſi *Te* non ita mortaliũ votis conceſ-

sisset, ut etiam vel infimos áliquâ *Tui* beasset parte. Et facit Mitissime Principû *Tua* bonitas, ac innata placidi Pectoris dignatio, quod nec nostræ Gregis pusilli sorti deesse patiaris: quib⁹ cum accepta, acceptataq; *Protectoris* super nos invocatione & titulo, Cor Tuũ Paternũ & largã promissæ Protectionis testificationem in Pignus Primatialis Gratiæ tradidisti Beatã terq; quaterq;! tanto *Protectore* minimã Religionem nostrã sibi à DEO Dato. Quæ tota Principib9 Tuis adgeniculata plãtis iterum se *Primatiali* Tuæ Maiestati devovet, reddit, & cum tota viriũ ac posse sui provincia se ad Hierarchici Tui Honoris aras ĩmolat. Et quia nec pares gratias, multo minus suppar munus *Celsitudini* Vestræ votiva pauperies nostra offerre valet, pro Te *Protectore*, Te vicissim Donum DEI in sacris Tuis deponit manibus. De suo vota duntaxat adijcit: annos in sæculorum seriem, felix tranquillumq; Imperium, felicitates quæ tantum possunt à DEO Dari, & quidquid adhuc supra Primatem Mytram est, apprecando.

Primatiali Celsitudinî Vestræ.

Devinctissimum Varsaviense
Scholarum Piarum Collegium.

I.

Polonia in Celsissimo ADEO DATO PRIMATE, Primoq; PRINCIPE totam Comitiorum Majestatem reclinat.

ARctoæ ditionis Apex! Cui Curia Patrum,
Relligio, Rex, Lex, Fortuna, Potentia, Regnum
Incubat! infusas Animâ Tu Principe Moles

 Exci-

Excipe ! novit enim Cui nixa ſit ante lacerto
Patria, cumq; ſuis prope colluctata ruinis
Nihil crebriꝰ in aulis Procerum hac ætate audit, quam quod tota Regni felicitas modo innitatur, DEO, REGI, POTOCCIIS.
Qvo toties Athlante ſtetit. Quis nãq; (ruinã
Orbis Hyperborei quoties expavimꝰ) ægris
Imperij rebus, primus ſubmiſit opemq;
Fulcimenq; ? potens dubijs obſiſtere Fatis ?
Quã Veſter Pilava! Baſis firmiſſima mũdi
Caſuræ certꝰ Lechiæ Stator, Ara ſalutis!
Semper in ambiguæ patuit diſcrimine ſortis
Quos & á ſæculis in nullo prorſus diſcrimine Patriæ defuiſſe omnium annal perhibent.
Lechæiq; ſtatûs momentis, quanta poteſtis
Potocij! nullum latet hæc res, ſcitur ubiq;
Indubiè ſceptris quoq; ſuffectura ferendis
Potociæ Vis Gẽtis. Vt & TVA cognita toti
Dexteritas Patriæ, tãtiſq; probata trophæis
Quantum & nũc Dexteritati Celſiſſimi Primatis fidat Reſp. tota.
Creditur Auſonijs etiã neq; Faſcibus impar,
Hac mũdũ quoq; poſſe regi. mẽs nõniſi regnis
Tractãdis eſt apta Tibi. Facilẽq; regẽdo (iſto
Orbi animã Rex Sacre geris quippe illa ſub
Regum Caput eſt Prudentia, manꝰ Juſtitia & Clemẽtia, oculi, conſiliũ, pectus amor Civium, Tymp.
Pectore dona latẽt, quibꝰ uti in Regibꝰ ipſis
Formandis natura ſolet: Prudentia Legũ
Lux; æqvi, jurisq; ſciẽs Solertia; Patrem
Effingens cunctis Pietas; idæa futuri
Conſilium; cujuſq; fere tractabilis uſus
Fortunæ, rerumq; potens; Interrita qvovis
Obi-

Obijce, vel Fato Virtus. Neq; poſſet onuſta
Cujùsvis manꝰ hæc ſub mole fatiſcere ſceptri,
Iura potens verſare Deûm. Si defluus Orbis
Herculeæ Cervicis Onus, vel pondere toto
Sidat in his Humeris; vix poſsent ſcilicet iſtâ
Telluris ſentire pilam. Conferte Coronas
Inſimul, & gratæ meritis date præmia gẽtes
Ac Vaticanos etiam ſociate Tyaras!
Grădia cum pileis Regum ſine ſimplice ſenſu
Excipiet placidè caput hoc immobile regna,
Tranquillæq; Manꝰ hæc inſtrumẽta capeſsẽt,
Regnari quibꝰ orbis eget. licet ardua regni eſt
Conditio, par eſſe poteſt. Sunt ſcilicet aptæ
Ingenti Vires Oneri. Re longus in omni
Selectis uti medijs exercuit uſus;
Edocuit tantis aſsveſcere Faſcibùs idem
Et Civi miſcere Patrem. Totieſq; probata
(Atq; domi vicibus geminis exercita quõdã)
Regnandi facilem tulit experientia curſum.
Iam nec habẽt hæc ſumma metum. Nihil
(anxius Ipſe
Dividit his Animũ curis, & magna capaci
Mente qvietus agit, ventura negotia ſecum
Cognoſcit prius ipſe ſilens, dein ocijus omnes

Remp. jam a[illegible]
pliùs, quàm à qu
draginta an
gloriosiſſime t
ctat Celſiſſ.

Magnus Vi
Rex! regnatric
hæres familiæ: n
Illius prope Ser
niſ. Avus Steph
nus Palatinꝰ Bra
clavien: à Sigiſm
Rege per Diplo
ma Regiũ in Vi
ce-Regẽ Poloniæ
tempore ſeditio
nis evectus eſt
Andreas vero Ca
ſtellanus Cracovi
enſis Parens Illu
ſtriſſimi Palat. Ki
joviens à Ioanne
III. Rege Vien
nam abeunte in
Vice-Regia Ma
jeſt. Regens Po
loniæ relictus eſt.

 Fortu-

Fortunæ, fatiq; vias, momentaq; rerum
Discernit, statuitq; modū. Quo Principe *niti*
Vna salus Lechiæ, sub quo confinia mites
Regna metent oleas, qvi Pacis amabile sydus
Irarū cicurem post bella reducet in arcton,
Sedabit toto motas Aquilone procellas,
Demet & iratis Olim sua fulmina Divis.

II.

Priùs meritis in Remp. quàm Curuli PRIMAS.

Heroum vulgare decus, commune fidelis
Iustitiæ Munus, nisi post accepta mereri
Præmia. Cū multis prævenit Patria donis
Obsequij primum tunc velle rependere censu
Nec tituli pretium, nec magni gloria facti.
Et solvisse quidem, sed non meruisse putandus
Qui nisi post sumptū nō ante meretur honorē.
At Vos *lege licet Naturæ, fascibus ipsis (plex*
Nascimini, volvatq; statim se Purpura sup-
Ad Cunas, Sacri quos nunc Decora alta
(PILAVÆ
Orbis amat; majora tamē Suffragia, quā sit
Sāgvis, ad Augustos magni portatis Honores

Poto-

Potocij! *Columen prius, ac es Scipio Regni*
Stephane, *quippe tuā qvā tant⁹ scipio dextrā*
Impleret, quo vota Patrū partire, Teipsum
Sarmatiæ primū monstrans hoc Indice Solē.
Vosq́ Palatinis quos nostra curulibus ætas
Eminuisse videt, priùs huc meliore decoros
Fecistis virtute gradus, splendentq́ politi
Vobis ense Sacro fasces, pulchrèq́ per armos
Hostili tinctus rutilescit sangvine murex.
Nec gratis alij titulis Castrensibus Hæmum
Terretis, magno quibus ante labore litatū est
(Testis adhuc mund⁹) Patriæ, Regiq; Deoq́.
At Tu vero Tuū quibus anticiparis Honorē
Factis! & quā Te Rex Sacre *paraveris illi!* *
Te Virtus meritis dedit eminuisse, priusquam
Fascibus Imperij magnis, Regniq; curuli
Principe, recturisq; orbem donaret habenis
Augustus, *Latioq; Potens Tarpeia sceptro*
Majestas, seseq; Tibi submitteret Arctos,
Et geminæ Primo *gauderēt* Principe *Gētes.*
Nam Fortuna licet fuit hoc jā Murice pridē
Sudores tersura Tuos, gavisa beati
Vultûs gemmarum pretio miscere pruinam
Et Frōtis liquidas adamātib⁹ addere guttas;

chovien. Uteri[...]
Fratres Celsis[...]
Ilustris. STE[...]
Palat. Belz. Il[...]
JOSEPHUS [...]
latinus Kijovi[...]
Mareschalc. T[...]
bun. Reg. Ill[...]
MICHAEL N[...]
tarius Reg. Cam[...]
Illustrissim. ST[...]
NISLAUS Exc[...]
biar. Præfect[...]
in M. D. L.

* Ita maximè Celsissim⁹ PRIMAS Primusq́ PRINCEPS.

Cujus merita (ut de S. Cypriano Ecclesia) Sole clariora sunt.

Ejus tamen modestia 2bus annis Sede vacāte summis Fascibus obluctata est.

Tu tamē, (audit opum quæ Præses & arbitra) Divam
Nolebas temni tristem, mæstamq; repelli.
Illa quidem Studiosa Tui, totiesq; repulsæ
Immemor acceptæ, sese Tibi sæpius ultro
Obtulit, augustos iterumq;, iterūq; revisens
Postes, tam vigili Tibi sedulitate placendi
Anxia: nūc pedo cupiebat Principe, *mūdum*
Gesturas fulcire Man⁹, nunc suppare regnis
Romuleâ mites humeros distingvere braccâ
Nunc ut ab assiduo Caput hoc obtēderet æstu
Primatē Mitrâ Tibi, Romanūq; Galerum
Tradebat Sponsi thalamum Sacriq; vocabat
Te sub cortinam Solij, tamen usq; volentem
Distinuisse Deam libuit, dum nosceret istos
Dono Fortunæ Te nolle prehendere fasces,
Sed Patriæ studio, sed Majestatis jussu,
Sed Libertatis, sed Relligionis, & ipso
Civium amore, Boni publici ratione, Senatûs
Consilio, Patrum votis, formidine Regni
Lapsantis, superumq; fide, mundiq; rogatu
Et magni multâ populi prece. Quippe mereri
Contentus quemcunq; frui splendoribus istis
Purpureoq; sibi fastu placuisse sinebas,

Celsiss. PRINCEPS sæpe fate r: Senium suum laboribus temporumq; injurijs exhaustum solius amore Patriæ & Civium magnis ac perpetuis impulsib⁹ tantis objecisse fatigijs.

Testa-

Testatus Te malle Sacri fulgoribus ostri
Vinci, quam meritis. Soli Tibi scilicet uni
Vnus honos labor est, solus Tibi gloria, census.

Ego quo ma[illegible] fuero hoc ma[illegible] laborabo: ajeb[illegible] Marcus Ant[illegible] Imp.

III.
Et Gentis Suæ Celsissimæ, & maximè suis in Fastigio Locatus Meritis.

Scilicet: hac nasci quēcūq; ex Ordine lōgo
Contigerit de stirpe Virum, reptare per ipsa
Nonnisi Sarmatici discit fastigia Regni:
Nec jāquid quo ludat habet, nisi præmia belli
Clavas, vel gemmas Solij, vel sceptra potentis
Astreæ, Fascesq; Patrum. Mavultq; tenell⁹
Martia bellacis Puer illico jugera Campi
Qvam molles calcare rosas. Apparet ab ævi
Limine, quē sperare Virū Respublica possit,
Et tenero natura statim se prodit ab ungvi,
Et Numa qui templis crescet, qui Iuli⁹ armis
Aspectâ jam frōte patet. Pulchræq; per ipsas
Erumpunt venas generosi sangvinis iræ,
Atq; sub exiguis sese movet artubus ingens
Dux belli, nov⁹ orbis Athlas, qui præside pacē

Tales Genios bel[illegible] li Martisq; Pul[illegible] los, vel nunc i[illegible] Juvenibus PO[illegible] TOCIIS: NI[illegible] COLAO Palati[illegible] nida Bełzen. Ca[illegible] pitaneo Czortko[illegible] vien. JOACHI[illegible] MO Illustrissim[illegible] Referēdarij Re[illegible] gni Filio Capit. Lucom. videre est.

 Tuta-

Tutabit trabeâ, qui castra Ducalibus olim
Diriget imperijs, & Marte tuebitur Aras,
Et titulis æquabit Avos, iterumq; Paternâ
Ornabit decies gestatis fascibus Aulam.
Hæc est Conditio magni nativa Pilavæ;
(Quē licet hic sæclis prope jā metimur ab octo
Quo per hyperboreum fudit se primit⁹ Orbē
Tempore Relligio & Fidei fidissima semper
Numina Potoccij *venerunt passib⁹ îsdem*
Cum veniente DEO Victore, Clenodia nacti
Ad Gētis ceras Ipsi communia Christo)
Hoc dec⁹ Augusti Generis, quod nō sit ab ævo
Quem nō à propria possis memorare curuli,
A magni titulo meriti, Virtutis ab actu
Eximio, partisq; aliquo super hoste trophæis.
Scilicet Istius reserans archivia Gentis,
Quiquis es, attonitus tantis splendoribus, ipso
Subsistes in Honore Ducum! Gestamina belli
Invenies bissena super! Neq; pristina vidit
Talē Roma Domū! quæ tā (velut unic⁹ heres)
Iugiter Herculei caperet gestamē Honoris.
Hoc propriū Vestræ Genesi! nulliq; secundum
Elogium! hæc prima est! vereq; Potoccia
Laus est.

Quam bene in tota Polonia Dom⁹ POTOCCIANA: Domus naturâ militaris & facundissima Herōu altrix nominatur creberrimè! siquidē ipsos Duces meritò ad mundi admirationem numerat per victorias: Tredecem: I. BERNARDUS POT. fortissim⁹ Dux qui ad Visniowieciā 25000 Tartarorum neci dedit: 16000. autem captivorum recepit. II. ADALBERT⁹ ad 80. annū Bellator & Dux Scythicis, Russicis Valachicis Turcicis orna⁹ laureis. III. NICOLAUS Pro-Cancel. Reg. Generalis Podoliæ SIGISMUN. AVGVSTO testāte: *plurima egregij animi ac fortitudinis documenta in tuendis Regni finibus* edidit Dux eximius. Qui ex Czerminscia quatuor sequentes Duces genuit: IV. JOANNES POTOC: Palat. Braclav. General. Pod. Multan. Cosacorum Moschor. Ducalibus

Si

Si quot Potocij *fuerint neſciveris, ipſæ*
Ad cēſum veniant Clavæ, Belliq; labores
Difficilis, vel certa Sacræ Victoria pugnæ:
Nonniſi de medijs volventur Nomina lauris
Exibuntq; mero niſi tinctæ Murice voces
Et Faſces pars vocis erūt. Nexoſq; trophæis
Duntaxat dabimꝰ titulos: Hic Gothicꝰ, Alter
Byſtonius Domitor, ſcythicꝰ dicetur Hic, Ille
Roſſiacus Victor, Victor Boruſſius Iſte,
Dacicus Iſte: alijs cæſus vocabula Panno,
Beſſarabėſq; alijs; ſcribentq; Boryſthene toto
Zaprohij ſervile genus; quondamq; timendi
Theuthones, humanoq; famem qui corpore
paſtus
Samojeda, vel hi quos anni parte latentes
Perpetuæ texere nives: & quidquid in oris
Eſt Lechico meſſum ferro propioribꝰ, aut quæ
Balthis, aut Lechiā cingēs mare littore trino
Monſtra in nos effudit, & hæc Heroibꝰ Iſtis
Ad numerū veniēt ſerum māſura per ævum
Et titulos auctura Ducum; tantiq; Senatûs
Tātorumq; Virū memores factura Nepotes,
Quid Patriæ fecere ſuæ. Nihilominus iſtis
Laudibus, ac cenſis multâ Virtute trophæis

auſpicijs Victor. V. ANDREAS POTOC. Caſtel. Camenec. Semianū Palat. Moldaviæ firmavit, Turcas in Beſſarabia clade magnâ delevit Rokoſſi nū tumultūad Guzov ſopivit VI JACOB. Palat. Bracl. General. Podol. Dux contra Michaelē in Dacia, Carolum Svecū in Livon. varios Tyrannos in Moſcho. VII STEPH Palat. Braclav. Avus. Celſiſ. PRIMAT Dux invict. perpetuus Dacorū. Turcarū Triūphator. VIII. STANISLAꝰ Palat. Podoliæ in bellis Moldavicis Turcicis Ruſſ. ſemp. felix Imperaror. IX. Illuſ. NICOLAꝰ Palat. Braclav. Campi Dux exercituū Regni ejuſdem palmas fortunate continuavit. X. NICOL. Palat. Cracovien. Supremus Dux exercituū Reg. in maximis tunc Reip. periculis aſſertor & vindex. XI. STANISL. POTOC. Palat. Cracov. Supr. Dux Exerc. Reg. intra ipſam de 100000 Ruſſorū Kozakorū victoriam demortuus. XII. NICOL. POT. Caſtel. Cracov. Princeps Senatꝰ Supremus Dux Exerc. Reg. Cujus trophea in recenſiſſima sūt

 Et

memoria. XII. Felix POTOC. Palat. Cracovien. Dux Camp. Exerc. fæcundissimus Ducũ Heroũq; Parens XIII ANDREAS POTOCKI Castellanᵒ Cracov. Dux Exerc. Cãpestris qui & Regens Poloniæ ut supra attactũ.

Et placidis Patrũ trabeis nõ nitere Princeps
Maxime, *nec Generis dono, nec origine lucis*
Purpureæ, tantæ radiũ cũ Principe *Mytra*
Majestatis habes: nihil hic Suffragiá magni
Zyslî, nil hic mille Ducum depicta triumphis
Atria; sola Tibi gradᵒ est ad maxima Virtus!
Ipse Tui pretio meriti securus is Hæres
Nec famæ procedis ad hæc fastigia passu,
Quã Tritavi magno tibi trãsscripsere Nepoti
Nec mortalis Avus. Mavis Dux Optime *post Te*
Tradere vẽturis, quã his quæ sũt tradita niti
Vtq; Tuis alij meritis ad summa vocentur,
Quam nisus meritis alienis Ipse voceris,

IV.

Quantum & Europa Consangvinea, Majestates Innexæ, Purpuræq; Orbis Lechici colligatæ Virtuti Celsissimi suffragantur.

Ostenditur: Virtutem ipsam etiam superare regnorum præmia, majus tamen adhuc habere pondus tum Sangvinis prærogativa.

Sola quidẽ pretio Regnorũ major, & ipsis
Se Virtus animosa thronis sublimiùs effert.

Ipsa

Ipsa suâ cydari cydares transcendit, & altis
Altior Imperijs assurgit, & omnia mundi
Infra se despecta procul fastigia ponit.
Cui simul aggestæ quot habentur in Orbe
Coronæ,
Quippe trochi viles: siccæq; videntur aristæ,
Sceptrorum collata seges. Neq; Muricis usu
Nec titulis, nec opū cēsu, nec honore, nec ullâ
Pensari mercede potest. Par hacten⁹ omnis
Nil Regum cui gaza tulit. Cui sæpius ultro
Dat fasces Fortuna, nec hāc quādoq; vel ipso
Dignatur vultu Virtus Hera. Scilicet hæres
Splendoris secura sui, nec egena favoris,
Tuta suo, proprioq; potens. Et Curia supplex
Oblatis etiam quam sæpe securibus ultro
Quæsijt, & magnis dare jura Quiritib⁹, imo
Dum nihil evaluit precibus regnare coegit.
Atq; adeo de Cive probo nihil attinet, utrum
Purpureis illum Cybele gestaverit ulnis,
Ambrosias olim Iunonis an ille papillas
Suxerit? utcunq; est, Probitas facit ipsa
probatos;
Et quos ista quidem solijs admoverit, illos
Expedijt regnare; licet neq; regia mollem

Domus Cōsangvineæ & Colligatæ. Celsissimo. Cujus Parens PAULUS Castel. Camene: censis genitus est ex Maria Mohylenide Mutiorum Romanor. & Paleologor. Orientis Imp. deniq; Batoreorum Nepte; Filia vero Jeremiæ Mohylæ Palatini Moldaviæ: quæ series Prosapiarum nominatarum ostēditur. Cardinalis Santa-Crucius & Nuncius Apostol. in Polon. cum esset Hospes in Curia Annæ Mohylenidis (quæ etiā Palatini Moldav. dicti Filia) tunc Consortis Janussij Czarnkovij Comitis in Słupna &c. retulit quod Mutij Romani qui in Græciam bellando devenerat posteritas in Transylvania, Dacia, & Moldavia consederit: aucta opibus ac Provincijs à Paleologis Græcis Imp. & eorundem etiam affinitatibus crebro innexa. Et Mutianæ quidem Gentis veram esse Propaginem Mohyłas: ac pro Mutiorum quidē duab⁹ Clavis Herculeis, mutatione armorum factâ. uti, duob⁹ gladijs decussatim positis. Quod ipsum & Romana Familia in tesseris suis gentil. affirmat. Mohyła vero unus è Posteris Mutij dict⁹ est à congestis hostiū cadaveribus. Paleologum autem sangvinē ita proxime attingunt: JOANNES MUTI⁹ Mohyła (Pa-

 Præ-

ter Hieremiæ) insigniss. Bellator Familiæ Hunniadum in Pannonia suis armis ac Ope plurimum profuerat, qua promovente accepit Cōjugē, Filiam Despotæ Serviæ (Servia Valachiæ viciniss.) & cum ea Paleologici Sangvinis Florem. Constantinꝰ enim Paleolog. ultimꝰ Orientis CHRISTIANꝰ Imper. cæsus reliquit duos Fratres DEMETRIUM & THOMAM, Paleologos, Sorores etiam duas Helenam & Sophiam Paleologas: quarum Sophia nupsit IOANNI Moschoviæ Duci: Helena vero Paleologa LAZARO Despotæ Serviæ juncta est. Helenæ Neptis nupsit IOANNI memorato Patri toties dicti Hieremiæ, qui & Ipse Batoreorum sibi Regiam Familiam in necessitudinem traxit per Conjugē suam Elisabetham Ciamartham Transylvanam è Dynastis Heroidem Bathorianæ stirpis ramum, ut pote quā Bathorea Princeps Filia IOACHIMI Brandeburgici Electoris genuit. Ex qua Elizab. illam Mariam Mohylenidem Celsissimi Aviam aliosq; Filios & Filias suscepit: quas in vim grati animi Ducibus Polonis Copulavit: Reginam Mohylenidē MICHAELI Duci Visniowiecio (cujus Filius Hieremias Wisniowiec. Pater MICHAE-

Præbuerit Lucina thorum, neq́; Purpura Cunas
Induerit, tenerosq́; Tyro perfuderit artus,
Aurea nec multis sinuet se flexibus arbos.
Attamē, ecquis enim neget hoc nisi rupe pro-
Memnoniâ, rationis egēs, crassoq́; boote (fusus
Crassior! ad magni si pondus sangvinis, altas
Ad ceras etiam sua det Suffragia Virtus,
Iam nulli melius licuit procedere summos
Ad Fasces, nec laude cui quoquomodò niti
Nobiliore datū est. Quosdam solius avitas
Destinat ad Trabeas nisi splēdor originis, atq́;
Purpurei procerum nexus, his trames eundi
Infimus, & gradibus nimiū vulgaribꝰ itur.
Sunt quibus ipsius Virtutis opinio, moris
Intacti Probitas, Patriæq; per omne fidelis
Integritas Animi, nulliq; obnoxia nævo
Vita, vel ignotis meritos festinat honores;
Æquius ut nihil est, sic nec quid pulchriꝰ istâ
Quærendi methodo fasces, ita summa merēdi
Deniq; sunt quibꝰ hæc nec origo dat ipsa nec ipsa
Virtus; ast utriusq; simul suffragia prosunt,
Et sangvis Virtute suas, & sangvine Virtus
Nobi-

Nobilitat partes; Tales vel maxima nunquā*
Erubuit Fortuna, nec est Hominesq́; Deosq́;
Inter, Majestas sese cui dignius unquam
Obtulit, aut summos commisit Curia Fasces.
Vnde licet Latium commendet Regula Vatē
Quam statuit: Virtute decet non Sangvine niti:
Hoc tamē est meliꝰ placitū me teste Quirites:
Pulchrius est Virtute simul cum Sangvine niti.
Quā titulis utriusq́; vales Celsissime Patrū
Namq́; ut Divinæ sileam Virtutis Honores,
*Arcanamq́; magis tacitus mirator adorem:**
Quanta Tibi venit hinc Dux Inclyte Nominis auges,
Et quædā ad summos innata Potētia fasces
Quod tātos sis nactus Avos! & origine lustres
Priscos Auroræ thalamos Paleologa Sacrū
Ex Mohyleniadis miscet cui vena Cruorem.
Et (siquidē præsaga Lechis satis omine noto
Fata canūt: nostros ea regna manere nepotes
Venturam excidio Lybiæ Lechiam, Grajumq́; Tyrannos
Pulsurā de sede Patrū Dux magne Tuorū)

LIS Regis [Poloniæ] alias: Koreccio, Myszkovio Przerębscio &c STEPHANO vero POTOCKI prædictam Mariam. Cujꝰ Fratres CONSTANT. & ALEX. Mohylæ fuere post Palatini Moldaviæ: Patrui autem ejusdem Mohylæ: GEORGIꝰ fuit Archi-Episc terrarum Moldaviæ: Semian. Suprem. Exerc. Dux Mol. post Pal. Bessarb. At Patrueles Mariæ Micha. & Gabr- Palatini suere Multā. Petrꝰ Archiep. Ruth. Ioā. Dux. Moys. Pala. Molda. &c Ex hac tantæ Stirpis ultima Mohylenide STEPHANUS præter alios suscepit Illustris. PAULUM POTOC. Castel. Camenecen. Filiam vero primam Catharinā dedit Ianussio Radivilio Succam. M.D. L. cujꝰ Filia in Brandeb. dein Neobu. Domū ijt. ūde Austriaca Cæsarum Familia ex eadem Neoburgica Domo procedentiū ceras POTOCIANAS auxit. Alteram Filiam ex Paleologica Mohylenide susceptā Annam Stephanus primo voto Copulavit Cazanovio Palat. Braclav. ex quo Filiam tradidit Iabłonovio Cestel. Cracov. ex qua Castel. susceptas Filias unam Krasinscio Palatino Płoc. alterā Leszczynio Thesau. Regni Parenti STANISL. Copulavit. II. Voto ANNA nupsit Bogusl. Słuszczæ

Non alijs ſane propior ſucceſſio ſceptri
Eſſet quā Vobis auguſta Propago Potoccij!
Qvos Paleologicæ Series innexuit Aulæ,
Cæſareoq́ ſacer Sangvis de Fonte liquatus
Et Roſeis guttis in venas depluus iſtas
In raptas Orientis Opes ſuccedere juſſit.
Hoc jus ex Avia in Faſces Tibi ſervit Eoos!
Cū qua Romuleas etiam ſtirps Mutia ceras,
Et primas Europa Domos, florēq; Cruoris
Affundūt tot regna Tui ſplendoribus Ortûs.
Altera Roſſiacos ſociavit Origo triumphos
Totq́ Duces Auguſta Tibi Lucina coegit,
Et ſummi tot ſceptra throni communia fecit.
Purpuream ſiquidē Genitor Dux Maxime Matrem
Hac ex ſtirpe Tibi delegit, Cæſaras alto
Sāgvine quæ tetigit, Dominas quæ Gētibꝰ illis
Imperijq́ dedit ſocias, Regesq́ Ducesq́
Ac Europæos latè complexa Dynaſtas
Fæderibus Sacriq́ thori Concurſibꝰ. Extra
Sarmatiæ fines ſi tantus es inclyte Princeps!
Eſſe Domi quantus debes! extendis in omnes
Hic Majeſtatē Geneſes, ſolijsq́ propinqvum
Sydꝰ es, & quidquid trabeis titulisq́ ſub iſtā
Iull-

Theſaur. M. D. Lit. ex quo Thoro præter Ducem, Palatinū, & Caſtel. Vilnen. Filios, nata eſt Conſtantia Słuſzczanka poſtea Uxor Vladlsl. Donhoff Pomeraniæ Palatina, & Mater ſuperſtitis Illuſtriſ. Palat. Poſoc. Duc. Camp. M. D. L. Stanisl. DONHOFF STEPHANI Fil. 2dꝰ PAULꝰ Caſtel. Camenecen. qui Divinæ Providentiæ prodigio, in Captivitate exiſtens duxit Conſortem magnam Imperatoris Ruſſ. Neptem Soltykownā. Cujꝰ Amita Conjunx fuit IOAN. Moſchoviæ Czary Fratris moderni Petri. Ex qua IOAN. Imp. Filiæ una Duci Curland. altera Duci Meclembur. ceſſere. Domi vero POTOCCIANARVM ſtirpium recentior Colligatio talis: Stirps ANDREÆ Caſt. Cracov. Cāpi Ducis Exerc. à quo provenerūt STANISL. Capitaneus Haliciensis, qui juvenis occubuit in acie ſub Vienna. IOSEPH. modernus Palat. Kijovien. ejus Uxor Leſzczynia Soror STANISL. Filia fuit ANDREÆ CATHARINA, quæ nupſit LUDOV. Wielopolſcio Pincernæ Reg: Capit. Cracov. Stirps FELICIS Palat. dein Cracov. Caſt. Duc. magni Exerc. qui in Uxorē habuit Chriſtinā Lubo-

Illustre ætatem Lechius septemtrio vidit,
Potociâ *totum serie complecteris. Inde*
Quanta Tibi Princeps *lux surgit! & à tot*
Avitis
Muricibus quantū cerarum proficit auges! *
Sed major vis laudis in hoc quod & Ipse recentes
Addideris Trabeis Trabeas: sinis ergo jacere
Laurigeros Manes, positosq; quiescere fasces,
Cui licuit propriæ toties insignibus Aulæ,
Et Generis splendore, sed & Virtute paratis
Inniti, nec Avis è fronte refigere gemmas,
Nec veteri Tyrias è bysso sugere guttas,
Aut Consangvineæ radios accersere lucis.

MAS. 2. ALEXAN. Palat. Smolensc. ejus Uxor Tarłovia, ex quo Superest Filius Capit. Szczerzecen. ejus Consors Morsztinia Palat. Livoniæ moderni Filia. 3. Ill. PETR9 Palat. Czerniechov. Uxor ejus CHODOROSCIA: ex qvo sunt tantum Filiæ: quarum ELEONORA elocata Ill. SZANIAWSCIO Cap. Sochacz. 4. Illustriss. STEPHAN9 Referendarius Regni, modernus Comit. Reg. Mareschalcus: Uxor ejus KACCIA Castellanis Cracov. Filius IOACHIM9 Cap. Luch. 5. MICHAEL Sub-Dapifer M. D. L. ejus Uxor Unichovia de Duniniis Palatinis Trocensis. 6. IACOB9 Cap. Czerinen. ejus Uxor Bielinia &c. Sorores Celsiss. PRIM. ANNA primo voto nupsit Rzewuscio Thesaur. Cur. Reg. 2do voto GASPARO Kuniccio: ELIZABETH SOBIESCIO Vexilif. Halic. Patruelis vero Celsiss. THEODORI Illiss. STEPHAN9 Palat. Bełz. genitus est ex Cetnerowna. Uxor 1ma Sapieżanka: moderna Ill. SIENIAVIA DUCIS Exerc. Soror Filius NICOLA9 Cap. Czortkov. Quo ad recentissimas Colligationes: Illust. STANISLAUS Capit. Halic. qui hoc anno fuit Maresch. Commissionis Radomien. Filius Palat. moderni Kijovien. habet Uxorem Łaszczoviam Palatinidem Bełz. natam ex Modrzejowska. Filij Illustrissimi Notarj Reg. FELICIAN9 Capit. Krasnostavien. accepit Danjełovicciam Capitaneidem Parkovien. Sororem Załusciæ Capitaneæ Lublin. FRANCISC9 Cap. Sokallen. accepit Branicciam Palatinidem Podlachiæ. Sunt adhuc Heroides POTOCCIÆ: illma SZCZUCZYNA Pro-Cancellaria: & Illma PUZYNINA Notaria M. D. L. quæ à THEODORO Succamerario Halic. Andreâ Castel. Camenecen. dicti NICOLAI Pro-Cancel. Filio lineam ducunt. Marianna TARŁOVIA Palat. Lublin. Filia Felicis Castel. Crac. Ursula PRZEBENDOWSKA Palatina Mariæburg. Filia Referend. Reg. Sophia Kosakowska Castellana Podlachiæ Filia Palat. Kijov. Ioanna Wielohurska Castellana Wołhynien. Ioanna IABŁONOWSKA Capitanea Białacerkw. Filia Cap. Tłumacen. Quantus in POTOK Purpurarum Oceanus! sed enim: Typhis & impávidus tanto net in æquore Iason! tam vasto det vela Mari! quot fluctibus omnem alluit Europam Roseis, cui nulla Curulis, Regalis cui nullus Apex impervius Aulæ, nec jam sit quod tingat Ebur! seseq; per ipsa exonerat Solia! &c.

mirska Filiam GEORG. Archonici. Sororē moderni Succamerarij & aliorum Lubomirsciorū. Filij Illi9 MICHAEL Notari9 Reg. Uxor illi9 Czárnecia ultima fuit suæ Stirpis. II. MICHAEL Excubitor Reg. Uxor ejus Cetnerowna ex qua Superest ill. FRANCISC9 Fili9 modo Legat9 Cápit. Bełzen. III. Filius STANISL. Excub. M. D. L. qui habuit Consortem Rzéwuscianam Cam. Ducis Filiam. IV. GEORG. Capit. Tłumaccensis Uxor ejus Padbereska Fili9 eorum EUSTACHIUS. Ambo isti ANDREAS & FELICIAN9 Patrem habuerūt STANISL. Ducem Exerc. Palat. Cracov. dictum Revera. Patruum vero NICOL. Castel. Cracov. Avum IACOB. Palat. Braclav. Atavum NICOL. Pro-Caucel. Reg. Ante-Atav. MATHIAM Maresc. Curiæ & Formatorē Augusti. Supra hunc BERNARD. Insignem Polemarchū. Ante hunc IOAN. Pincernam Reg. Hungar. &c. &c. Ex eadem Linea eodēq; Avo NICOL. Pro-Canc. natus vero ex STEPH. Palat. Bracl. PAULUS Castel. Camen. sequitur cum sua Stirpe: à quo venit ex dicta Sołtikowna Cels. PRI-

 V.

V.
Summa Poloniæ Felicitate PRIMAS & VICE REX.

Auſpicijs placidumſeſe melioribus ævum
Explicat, Imperio ſiquidẽ Gens Illa Sacrorũ
Præficitur, Sãcti Latij qvæ Sangvine multo
Defendit Titulos, & Relligionis Honorem
Aſſeruit mucrone; Deos placare Sabæi
Nõ thuris, ſed nube nitri niſi ſveta, nec auro
Sed ferro potius proprium libare cruorem:
Atq; Cruci (cui tot ſacravit bella) litare
Vel ſe, vel cæſos gaviſa frequentius hoſtes.
Iam nũc Sangvineis aliquid miteſcit ab iris
Potocij *Genius Mavortis, & aſpera mittit,*
Et probat: an poſſit non formidabilis eſſe?
Vnde (licet niſi caſtra tamẽ prope ſpiret & i-
Tãtiſper poſitis Paci ſe fœderat armis, gnes)
Ac Trabeã Mars ipſe gerit; ſeſeq́ minaci
Exuit irarũ facie, neq́ mitibꝰ Aris (per octo
Totus abhorret; & hac quâ ſtrinxerat arma
Sæcula, trãquilli capit Inſtrumẽta Laboris
Ipſe manu; Belliq́ ſtylo tantisper omiſſo,
Blanditijs mulcere Deos, ſuperiſq́ videri
Lenis

Pro Religionis defenſione Hoſtiæ facti POTOCCI STEPHANꝰ Nicolai Ducis Exer. Filiꝰ á Schiſmaticis: DOMINICꝰ Curiæ Reg. Theſauariꝰ STANISLAꝰ Cap Halic. á Machumetanis cœſi. Pater veró Celſſmi; & Patruus NICOLAUS Caſtell. Crac. carceres perpeſſi. Ut & omnes POTOCCII Duces tot pro Crucis Gloria exanthlatis fatigijs celebres.

Lenis amat, Sanctæq; sibi fastigia Mytræ
Ponit in assvetũ chalybi caput, inq; lacertos
Pallia cælestes violas imitantia sumit
Pro Latij thorace sagi. Cui Sacra Ducales
Tænia permutat lauros, neq; sangvine ferrũ
Impiat Odrysio, vapidã sed perpluit urnam
Thure, quod in media purus liquet ignis acerra,

Qvanquã jã & pacifici Propagatoris Ecclesiæ floruerunt sub Infulis POTOCCII: IACOBUS Episcop Płocensis BERNARD9 Abbas Andreovien. IACOB9 Provincialis: Relig. Prædicatorũ Vir Sanct9 Infulæ Chelmensis Nominat9 majorum Candidat9 quas dum modestia nõ potuit, morte vix effugit.

Bystoniã neq; voce truci modo fulminat Aulã
Bessarabumq; acies quatit, ac cælestia vatũ
Carmina selectas Divis distingvit in horas,
Atq; loqui placidis asſvescit molliùs Aris
Ista Domus (Martis Domus) ex qua quælibet ætas
Invictos est nacta Duces, Castrisq; severa
Imperia, & Regi, Libertatiq; Salutem,
Adversis cladẽ populis, Lechiæq; triumphos
Dixit: nũc Lechicis Præses fidissima Sacris
Deligitur roseoq; Patrum regnare rogatur
Concilio; quâcunq; suis Septẽtrio Divis
Thus dat, & in populis fumãt affinib⁹ Aræ.
Sic illibatã Trabeat⁹ Hierarcha *per Arctõ*
Ius plenum fascesq: capit Potocci⁹ *Ingens!*
Hîc ut Relligio, Pietas, & dulcis aviti

Nullum ab aliquot sæculis in Polonia Bellum, aut Victoria, cui Potoccij vel non præfuerint, vel non interfuerint.

Observat⁹ eſt Sereniſſ. Rex die acсepti à Celſſmo Pallij in hanc ſententiam dixiſſe: Optavi Reverendiſſ. in Chrſto Pater ut in Ej9 Perſona, Religio & Patria Fulcrum: Famila Dec9: Ego curarum levamen habeam &c.

Simplicitas moris, nec tincti ſangvine ritus
Priſcaq; Tarpeij maneat reverẽtia Sceptri.
Atq; hic Romuleũ ſuccollet Mytra Triregnũ
Et Trinã Pilava Crucẽ prope-Trin⁹ Et I-
Principe! præſidio tali! lapſurus egebat (ſto
Orbis! hyperboreo quà latè ſubjacet axi:
Regna, vel in media nondum ſecura quiete
Et belli tacitas in pace foventia flammas;
Et quibus, ipſa magis prope Pax eſt noxia
bellis.

O adſis Sacre Rex! *curãq; ex parte labãtis*
Relligionis habe! venturis proſpice rebus!
Fac! ſit majeſtas ſecura, ſit integra nobis
Libertas, ſit tuta ſalus!

VI.

Gratitudo Celſiſſimi PRIMATIS in Patriam.

Trãquillũ ſi quãdo vacat ſubducere crebris
Imperij curis Animum, (nam tota quieti
Quæ cedat propriæ rara eſt Regnãtib⁹ hora)
Hæc Tecum penſare ſoles: Celſiſſime Patrũ.
Quod jã qvã magnis cumulavit Patria dõis
Meq;

Meq; meāq; Domū! pulchrū ē tot ſæcula vol
Ac ſēper trabeas uno qvaſi ſtamine duci;(vi,
Vixq; diu geſtas poſuit manus una Secures,
Alterius ſupplere manu. Niſi paſſibus itur
Purpureis. Regūq; thronis accūbere ſceptra
Metiri propius Majeſtateſq; propinquas
Affari toties, quoties; & Regibus uti
Dum placet, & ſolijs niti mirabile non eſt.

Palatinos, Caſtellanos; Senatores Regni, Principales Statûs Miniſtros, Curiæ Magnos Officiales, Legatos Poloniæ ad exteras Majeſtates, Imperatores Exercituum, ultra centum qvīquagīta POTOCCIOS tot a ſæculis Reſp. habuit, Archivū Domeſt. numeravit.

Armatos Faſces, Belli geſtamina Clavas,
Et Regni Baculos, & Gemmæ munia magnæ
Victrices quoq; Campi Aquilas, & fulmina
triſtis
Barbariæ bifidos Enſes, & divtis urnam
Imperij Gazæ, geminæq; negotia Gentis
Areopagiticâ Themidis trutinanda Bilāce
Et ſi quæ Regnator Honos partitur in omnes
Dona, Patres geſſere mei. Quos cēſuit inter
(Ecquid en. invidiæ eſt) magnos Reſp. Cives·
Quæq; olim nō ſint adjecta decoribus iſtis,
Nulla Palatinis radiant ſubſellia Ceris,
Nec ſupereſt, quæ non ſuperata curulis. Hic,
Illum
Excipit, & ſerus nitet îſdem faſcibus Hæres.
Ac ipſis pretium titulis prior uſus ademit,

Nec

Nec jam quid novitatis habent. Qui talia volvit,
(Quæ memori servãda sinu, quæ Civib⁹ essẽt
Incidẽda in cor adamante perennius ipso,
Digna qvidẽ recoli grati dulcedine sensûs.)
In nutrimentum fastûs, is dona profano
Ingratus Patriæ civis corrumpit ábusu. (ti
Me tã magna Patrũ meditatũ præmia tan
Accepti mens grata monet: quid debeo regni
Fortunæ Paci publicæ Patriæq; Saluti,
Hos Atavos, hos nact⁹ Avos! tot tradidit illis
Patria! tot Reges! tot Amici munera Cives!
Si quantũ mihi cara potest Resp. fecit
In Patribus, toties, & me trabeavit in illis
Ejus Ego nullis parcendo laboribus omnes
Quám teneor Leges Libertatesq; tueri!

VII.
Attributa VICE-REGIS In Celsissimo.

Qui nisi subjectas tituli formidine gentes
Percellit magnisq; suum metitur Honorem
Fascibus, is neq; quid sit Honos? quid sceptra requirant

Dispe-

Diſpexit: Cenſore Tuo Celſiſſime ſenſu.
Illa quidē propriè Tibi sūma curulis, & altꝰ
Is verè conſurgit Apex, cui nonniſi Virtus
Eſſe dedit grandem, ſed non cui ſcilicet ipſa
Majeſtas à Plebe venit. Quid opinio? ſæpe
Mobilis in partes populi? (cui nonnihil auri
Dum ſpecies illuſit, amat; cum deficit, odit.)
Si ſua cui Bonitas† Gemmâ capitis, qui faſcibus ardet,
Non ſolido ſtipat dominas ſplendore ſecures,
Et magis Auguſti maculat ſe Muricis uſu,
Qui Patrum Minio, Tyriaq; ſuperbit in uva
Cui ſat ut ambitio molli niſi ſtertat in auro,
Sydonijs ſaturata roſis At ſi cui voto
Sunt Trabeæ, qvales priſci geſſere Quirites,
His non Purpureus tingendis ſufficit humor,
Non Roſeæ Conchilis aquæ. Quo quæris in Oſtro
Tarpeij fulſere Patres? Cui conſtitit ipſâ
Accēſum Virtute Decus. Tuus ardet eadem
Murex Luce; nec eſt Dos in regnantibꝰ ulla,
Ipſo Rege minor, quā nō tranſſuderit in Te
Purpura. nō nitet in Sacris novꝰ Vnio ſertis
Nec Virtꝰ latet in Cydari Regū unica, quæ nō

(†) Animiq; latentia deſunt munia. Qui

Fixa Tuæ sit gemma Mytræ. Dominātib⁹ esse
Norma potes, Sol & solijs Idæaq; sceptris.
Gens equidē Lechiā nequit esse beatior ulla,
Aut Ipsis regnata Dijs, quæ tot prope Reges,
Quot magnos parit Vna Viros: ut maxima possit
Mirari nō sola suum modo Roma Senatum.
Se tamē augustā nunc Ipsa Polonia Matrē
Excessit, cum Te genuit Rex Sacre. *Capaci*
Mundi Fortunam posses gestare lacerto,
Quin & Romuleos cum Majestate Tyaras.

VII.
Sanctitas & Religio CELSISSIMI.

Si cui tractādas Regni commisit habenas,
Divisit Fasces, & secum Iuppiter Illi
Ius sceptri commune dedit. Quicūq; præesse
Incipit, & Gentes nutu versare, fit Ipsi
Imperij Collega Deo. Si grande requiris
Arcanū regnare quid est? in Principe mūdo ē
Præsētare Deum. Rex est Dêi Regis Imago.
Hunc bene Tu Rex Sacre *refers. Quem*
Lechia Sanctum

Numen

Numen, & addendum serò Latialib⁹ Aris,
Augustumq́; omnis specimen Virtutis adorat;
Nam nemo Te *quidquid agis divinius egit*
Imperij Nove Numa Tui. Si Prisca vetustas
Prodigium Probitatis in hoc illustre videret
Principe; non canerent Anium, neq́; templa Quirinum,
Non biberent vapidis fumantia cædib⁹ exta
Pōpilij, Sanctiq́; Ioves. Hunc *quælibet olim*
Eligeret sibi terra Deum. Sed pingvib⁹ illos
Insument accensa pyris Altaria Divos,
Te melior manet ara. Nec est cui digni⁹ ū quā
Tarpejus se lunet Apex. Tu vindice Romam
Propugnare manu, domitâq́; ciere triūphos
De styge non cessas Cruce *formidat⁹ Avitâ.*
Hâc agis, ut tandem vesana licentia finem
Inveniat, castisq; Boni se Legibus ultrò
Subijciāt Cives, & avitum regnet Honestū.
Exulet attactas raptor periurus ad Aras,
Quiq; Thorum rixis, odijsq́; incēderit Vrbē,
Aut cui prona dedit venales Curia Fasces.
Sic Sanct⁹ Regni Iupiter, Regione profanos
Amoliris ab hac mores, sic tollis abusus!
Iusq; datum sceleri demis. Te Fulmine pallet

Hæresis; & cētū Tibi vincta gemiscit ahenis
Post tergum nodis, cui spumeô illita tabo
Relligio Victrîx premit ora; sed illa feroci
Se versans rabie liventia Corpora jactat,
Morsurosq; pedē jaculatur anhela cerastas,

VIII.

Præsuleæ, Principes, Primatiales, olim in Culmēsi, Varmiēsiq; hodie Archi-Episcopali Curuli Dotes & Decora

Sub Infula, postea sub Principe Cidari, deniq; sub Primatiali Mytra Decora Celsissimi, ut Solis radios, in pūcto, spectare liceat 1. Tempore calamitosissimo cōmissas sibi oves & Diæcese sedulissime custodivit, tutatusq' est. 2. Varmiam pene integro fortunarum suarum impendio multoties ab injurijs redemit, ut prope non senserit cōmunia mala. 3. Penes Fortunam Serenissimi, semper immobilis stetit, fidelitate & constantiâ admirabili. 4.

Si toties pulchro distinctos murice Fasces,
Atq; Ducū quodā tot & Imperialib⁹ auctas
Luminibus Ceras non sortireris, & olim
Iam, tantis plenas tegeres spendorib⁹ aulas;
Ac quas gessisti toties Dux Inclyte Solus,
Nonnisi proferres Trabeas, nō unius Ostri
Discuteres fulgore diē; totamq; per Arcton
Purpureis flueret passim lux edita Braccis.
Nō tamē ad Fasces adjectis Fascib⁹, omnē
Ponis in hoc laudē, vel quod Successor ab Istis
Qui meruêre venis, sed quod merearis &
Ipse; Ac

Ac majus pretiũ Mytræ ſplendoribꝰ addas.
Scilicet ut Cydari vulgi tranſcendis honorẽ
Sic ipſam ſupra cydarim Virtutis honore
Aſſurgis: non inde Tuæ præconia Famæ
Metiri ſolitus, quod magnis paſſibus itur
In ſolium per ſtalla Patrum, tãtumq; ſit uno
Majeſtas abjũcta gradu: ſed ubiq; quod ingẽs
Præſuleæ Virtutis opus, Sacriq; laboris
Herculeũ ſupra numerũ documẽta relinquas.
Te Patriæ pacata fides, Te certa triumphi
Relligio, poſitis Te caſtra vacantia pilis,
Te Regis defenſa ſalus, Reverentia ſceptri
Majeſtas Populi ſtipata fidelis amore,
Te Legum tutela ſtetit. Te Patria Patrem,
Pax Sydus Te mite colit. Tibi Roma reductis
Pro tot ad obſequiũ Tarpejæ millibus Aulæ,
Pro raptis Erebo ſpolijs Tibi, totq; trophæis
Illatis cælo debet Deus Ipſe Tot Aris,
Tot templis à Te Divi, Divæq; per Vrbes
Excepti Pagosq; Tuis quæ præmia Donis
Reſtituẽt, vinci impatiens quo Iuppiter imbre
Augebit gazas! & adhuc pro fænore ſceptra
Inſuper adjiciet forſan de Fatribus Vni
(Nam regnare pares) vel eorum danda

Pro pace reducẽda in illa revolutione incredibiles labores, vias, fatigia, ſubiit, & cõſilijs efficacibꝰ feliciter promovit. 5 Hæreticos Celſiſſimus quàm plurimos convertit, & verè Chriſtiano Prĩcipe digna liberalitate Brunsbergæ in Varmia pro 12. Neoconverſis fundationem & arcem diſciplinæ inſtituit 6. Tẽpla baſilica tria, ſacella exquiſita aliquot, Conventum regio sũptu Sprimbornij RR. PP. S. Franciſci de Obſerv. Auguſtam Reſidentiam cum ſacello RR. PP. Soc: J. Varſaviæ à radice erexit, Loviciensẽ Schol: Piarum Fundationẽ Principe manu inſigniter auxit. Gneſnenſem aliasq; Archi & Diœceſanas Baſilicas argento donisq; innumeris exornavit: ut ſæpe viſitans, nũquam ullam Eccleſiam immuneratam reliquerit. 7. Ejus Eleemoſinæ in Monaſteria, in Xenodochia, in Nobiles lapſasq; familias irrevocabiles ad calculum, pro quibus medietas pene it Proventuum: at præſertim quod ſuſtentet quotidie tredecem Pauperes, & annuatim veſtiat. 8. Palatia ſex diruta pror-

At Te!(sic nobis spes certa!)videbimus inter
Romuleos radiare Patres, tunc jā nec egente
Sceptrorū, Regūq; parē, Nihil ominis, aut hi
Augurij, res plana, brevi ventura, Qvirinæ
Non hodie jam nota Rotæ. Properate coronā
Indigetes Votis faciles! Respublica poscit,
Aspirant Cives, urget septemtrio, tendit
Gnesna man⁹, cælo Pia fundit carmina Pubes
Culma, Diæceses, & supplex Varmia lætū ho
Expectat rumore diem, qui nempe dolorem
Tēperet, ablato sibi, quem Te Principe sentit;
Quantus enim Dux magne, Tui dolor inde!
vel inde
Warmiadas succedit amor! Tibi sæpe relicti
Tædia suspirant gregis, ac absentis it ultro
Fama per ora Virūm citroq; nec ullus amari
Plùs potuit, sic blanda Tibi, sic svavis in ōnes
Naturæ Bonitas, Largæq; Potentia dextræ

X.

Gemini Primates, unus Senatûs, alter Equestris Ordinis: Celsis. THEODORUS: & Illustrissim⁹ STEPHANUS: Augusti Fratres.

us in Varmis Celsiss: reædificavit: quatuor verò Magnificentissima Augustalia ibidē erexit. Ut et Primatialia restauravit. 9. Aula Primatis Celsiss: hoc habet semperq; habuit in Polonia prædicamentum quod sit Schola virtutis omnisq; boni & ad sūma parata promotio. 10. In Diecesib⁹ Pietatem, mores Probos studia (cū præcipue Thorunij Theologiam RR. PP. S. J. fundavit 40000) promovit optim⁹ Pastor. 11. Potocciaanam Domū primus præ tot Ducibus & maximè sacra cydari exornavit. 12. Deniq; videt Polonus orbis vel in his Comitijs quantum pro Religione, Rege, Rep: dies nocteq; sua Celsitudo desudet, & totam molem Principibus humeris sustineat.

Vobis it geminis Lechicæ Rectorib⁹ Aulæ
Ad nutus Fortuna! licet tantisper utramq;
In Partem se volvat adhuc suspensa; suâq;
Res ingens se mole libret: magniq; refusum
Imperij pelagus nondum se pacat, & undis
Emotis assurgit adhuc. Cui namq; Tridēti
Compositis desidit aquis & fluctibus æquor
Illico? concussit tam lōga quod ante procella?
Tardè sedatur Pontus, mirabere tardè
Sedari tot regna! diu malacia nanti
Expectanda rati sæpe est, dum Nereus omnis
Detumeat, placidoq; dies effulgeat Astro.
Grandia momento venere negotia nulli
Magna morā lētūq; volūt molimina cursum.
Cūcta diu solidāda, ferant ut firmius ævum
Nulla statim, statura diu fit machina. Semper
Difficiles ortus, mediumq;, modosq;, viasq;
Si grādis sit Finis, habet. Sic omne quod altū,
Proficit; & gradibus sensim crescentib⁹ itur.
Expectare diu non est jactura Quirites,
Dū liceat quādoq; frui, quod vota tot optāt.
Quidqd id est placitū juxta cōmune, Poloni:
Tēpore res eget hæc: quæ si cito forte veniret
Sic Ingēs nō esset, ut est modo. Pluris haberi

Expectata solent. Parviq̃, repente stetisse,
Indicium est operis. Quo se diuturnior inde
Exerit arduitas, hoc major gloria facti
Inde venit. Dulce est sperata venire. sed olim
Dulci⁹ est, quæ jam prope desperata, reverti.
Hoc habeãt utinam vestro de munere gentes
Potocij! hoc Superi Vobis Solisq, reseruent!
Vt cum præsagus (sunt ad præsagia causæ)
De non cessuro populus jam mussitat Actu,
Fortunã revocetis adhuc, momẽtaq̃ Regni
Præcipue triplicis purgetis origine damni
Et nova depulsum pensent solatia tempus.
Quod si fata secus statuêre, nec ulla movendi
In melius via sit, Vestros Resp. nisus,
Et Curas, & Opes, & tanta fatigia, semper
Mẽte seret memori, totoq̃ refundet Erythro
Sudores, gratiq; dabunt præconia Cives:
Qvãq; Tibi Princeps submissio certet, & õnes
Vt supra Fortuna gradus Te sustulit, omnes
Sic infra misit sublime modestia Culmen-
Sic cunctis Acclinis Honos, sic Principis in Te
Mutua Majestas, & amæni gratia vultus,
Quâ (paucis ut quid placido de pectore dicã)
Magn⁹ es & Princeps, & Civis amabilis
Idem!

In tanta Eminentia potissimum Submissio Celsissimi, & Humanitas omniũ in Se oculos convertit, amores rapit. Inter familiaria Ejus Effata freque est: Apud me omnibus semper est jauua patens, Mensa parata, COR APERTUM.